

dispositione verbi divini sumpsit^u exordium. Quapropter oportet vos, fratres, unanimes esse et aminiculum vicissim ferre, in recta ergo fide et in sacramentis divinis non discrepare, sed concordare esse. Quia, licet paucisitis malorum tamen comparatione, si tamen concordare fueritis, facile auxiliante domino nostro insidiatores superabitis. Si vero discordes, quod absit, fueritis, non superabitis, sed superabimini. Perlatum est enim ad sedem apostolicam aliquos vestrum nocere fratres velle et, ut cadant^v, decertare, similiter in sacramentis discrepare, et ob id contentiones et aemulationes inter vos fieri. A quibus dissensionibus vos avertere et in his omnibus concordare et opem ferre vicissim mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis et vicissim reconciliari non studueritis, ab apostolicae sedis et totius ecclesiae communione vos pellere non dubitetis. Nec attenditis^w, fratres karissimi, qualiter dominus per Isaiam prophetam comminatus est dicens: Dominus enim locutus est verbum hoc: Luxit et defluxit terra et^x infirmata est. Defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terre, et terra interfecta est ab habitatoribus suis, quia transgressi sunt leges, mutaverunt ius, dissipaverunt foedus sempiternum. Propter hoc maledictio vorabit terram, et peccabunt habitatores eius. Ideoque insanient^y cultores eius et relinquentur homines pauci. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes, qui laetabantur^z corde.

<C. 17> EX EPISTOLA ZEPHERINI PAPAE, QUI FUIT SEXTUS X^{mus} POST PETRUM, DE DETRACTORIBUS EPISCOPORUM.

Detractores quoque, qui divina auctoritate eradicandi sunt, et auctores inimicorum ab episcopali submovemus accusatione vel testimonio, nec summorum quispiam minorum accusationibus inpetatur aut desperet^a. Neque in re dubia certa iudicetur sententia, nec ullum iudicium nisi ordinabiliter habitum teneatur. Absens vero nemo iudicetur, quia divinae et

u) wohl korr. aus supra sit B. v) korr. aus cadent B. w) korr. aus attenditis B.

x) Beginn fol. 8^v B. y) korr. aus insaniens B. z) korr. aus laetabuntur B.

a) korr. aus desperat B.

371 tamen¹ fehlt PsIs. 372 domino vestros PsIs. 380 fratres fehlt PsIs. 381 dominus tales PsIs (tales fehlt aber V630). 386 omnes PsIs (aber homines N442; P9629).

<C. 17> 388-408 Ps.-Zephyrinus, (JK † 80) c. 3-6, mit teilweiser Aufnahme der Inschrift und Rubrik wie N442. Ed. HINSCHIUS S. 131 Z. 17 - S. 132 Z. 9; ed. SCHÖN 033.htm.

Abweichungen: 393 dispereat PsIs (aber desperet u. a. P9629; V630). 395 quia et PsIs.